Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

instrumentis horribiles. Tribuni. Hercle.
hostes. Gallicanus. Resistamus fortiter et con
grediamur uiriliter. Tribuni. Si utilis esset
nostri congressio cum tantis. Gallicanus. Et quid
mauultis? Tribuni. Submittere colla.
Gallicanus. Nolit hoc apollo. Tribuni.
Edepol faciendum. en undique secus circum
damur. uulneramur. perimimur. Galli
canus. Eh heu quid erit. cum tribuni me
spernunt. se tradunt? Iohannes. Fac
uotum deo celi te christianum fieri. et uinces. Gal
licanus. Uoueo. et opere implebo. Hostes.
Heus rex bradan spande fortuna uicto
rie illudit nos. en dextere languescent.
uires fatiscent. sed et inconstantia pectoris
cogit nos ab armis discedere. Bradan.
Quid dicam ignoro. ipsa quam toleratis me
urget passio. restat ut nos duci tradamus.
Hostes. Alias non euademus. Bradan.
Dux gallicane noli in nostri perniciem seui
re. sed parce et utere ut libet nostra serui
tute. Gallicanus. Ne trepidetis ne formi
detis. sed datis obsidibus. facite uos tribu
tarios imperatoris et uiuite beate sub
romana pace. Hostes. Tuo arbitrio pen
det quod qualescumque accipere. quantumque pon
dus soluendi census nobis uelis impo
nere. Gallicanus. Soluite precinctum mei
milites nemo ledatur. nemo perimatur.
amplectamur federatos. quos publi
cos sectabamur inimicos. Iohannes.
Quantum magis ualet intenta precatio
quam humana presumptio. Gallicanus.
Uerum. Paulus. Quam efficax his ade
rit superna miseratio. quos deo commendat
humilis deuotio. Gallicanus. Perspicuum.
Iohannes. Sed quod uouetur in perturba
tione. soluendum est in tranquillitate.
Gallicanus. Assentio. Unde quanto citius
baptizari gestio. ac reliquum uite in dei
obsequio uacare. Paulus. Iustum.
Gallicanus. Ecce in intuitu nostro pro
ruunt romani urbicule. romana in
signia ferentes ex more. Iohannes.
Consequens est. Gallicanus. Sed non
nostre nec deorum fortitudini. titulus de
betur triumphi. Paulus. Nullorum
sed uero dei. Gallicanus. Unde templa de
arbitror transeunda. Iohannes. Rec
te arbitraris. Gallicanus. Et limina
apostolorum supplici confessione esse intranda.
Paulus. O te tali opinione felicem. nec
testaris te uerum christicolam. Constan
tinus. Admiror o milites. cur gallica
nus tamdiu se subtrahat nostris conspectibus.
Milites. Ut urbem intrauit. gressum ad
domum sancti Petri tetendit. ibique prostra
tus pro recepta uictoria grates impendit
altitrono. Constantinus. Gallicanus?
Milites. Ipse. Constantinus. Incredibi
le. Milites. En accedit. ipsum potes sciscita
ri. Constantinus. Diu te gallicane sustinui.
ut modum exitumque experirer prelii. Gallica
nus. Dicam digestim. Constantinus. Hoc
interim paruipendo. quo edisseras quod
magis exopto. Gallicanus. Quid est? Con
stantinus. Cur iturus deorum templa. et
reuertens intrares apostolorum tecta? Galli
canus. Rogas? Constantinus. Curiose. Gal
licanus. Expono. Constantinus. Exop
to. Gallicanus. Fateor sacratissime im
perator iturus ut obiecisti sacella intra
ui. meque demoniis et diis supplex commi
si. Constantinus. Hoc romanis antiquitus
fuit in more. Gallicanus. Mala consue
tudo. Constantinus. Pessima. Gallicanus.
Quo pacto tribuni cum suis legionibus
aduenere. meque euntem undique secus sep
sere. Constantinus. Pomposo admodum
apparatu egrediebaris. Gallicanus. Primo
uim hostes impegimus. commisimus. uicti
sumus. Constantinus. Romani uicti?
Gallicanus. Penitus. Constantinus. O res di
ra. omnibusque seclis inaudita. Gallicanus.
Ego quidem nefanda sacrificia iteraui
nec aderant qui adiuuarent deum. sed in
ualescente congressione plurimi ex nostris
interiere. Constantinus. Confundor au
diendo. Gallicanus. Tandem tribuni me spre
uerunt. hostibus se tradiderunt. Constantinus.
Hostibus? Gallicanus. Ipsis. Constantinus.
Ah quid fecisti? Gallicanus. Quid face
rem nisi fugam captarem? Constantinus.
Non. Gallicanus. Etiam. Constantinus. Quan
tis angustiis tunc urgebatur constantia
tui pectoris? Gallicanus. Maximis. Con
stantinus. Et quomodo euasisti? Gallicanus
Mis familiares socii Iohannes et Paulus.
suaserunt mihi uotum fecisse creatori. Constan
tinus. Salubre. Gallicanus. Expiebar ut
os ad uouendum aperui. celeste iuuamen
sensi. Apparuit iuuenis procere mag
nitudinis. crucem ferens. et precepit ut
stricto mucrone illum sequerer. Constan
tinus. Quis ille erat. celitus missus fue
rat. Gallicanus. Comprobaui. nec mora
astiterunt michi a dextra leuaque mili
tes armati. quorum uultum minime agno